

latur.

41. Sic igitur vox SCHAMAJIM, non significat cœlos, qui ex aquis secundo demum die facti sunt; sed aliquid *in principio conjunctim cum terrâ factum.*
42. Conjunctim enim horum mentio est primò hic, in initio primæ periodi historiæ Tholedoth seu originum mundi, *de ipsâ creatione.*
43. Ubi est narratio 1. operis Dei in principio, 2. operis Spiritûs Dei in primâ nocte, 3. operis Verbi Dei in sex diebus.
44. Rursus in initio secundæ periodi historiæ Tholedoth, quæ est de perfectione in die sabbathi.
45. Ubi 1. dicuntur *perfecti cœli & terra;* quod respondet præcipuè operi dicto in principio:
46. 2. *perfecit Deus opus suum quod fecerat;* quod convenit imprimis operi dicto in primâ nocte:
47. 3. *quievit Deus ab OMNI opere quod*